



## **Polyanthea Sacra**

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

**Spanner, Andreas**

**Augustae Vindelicorum, 1702**

§. 6. Humilitas est mater sapientiæ. Symbola. Testimonia ex Veteri. Novo. Patribus, & aliis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

*Hydria.* Lem. *Subtilam, ut implear.* Quanto humilior, tantò capacio, tantò plenior: colles enim aquam repellunt, vales implentur. S. August. l. 74. de temp. Picinelli.

§. VI.

**Humilitas est mater sapientiae, scientiae &c.**

*Symbola.*

**M**ajor pars venit Benjamin. Genes. 43. 34. Benjaminus semper innocuus Josepho conjunctior. Lyr. designavit, quòd humiles sint doctrinae, & sapientiae, magis capaces. Quanto humilius sedebat, tantò amplius capiebat.

*Collyriò munge oculos tuos.* Apoc. 3. 18. Collyrium hoc est humilitas. q. d. ait Rupertus: cor tuum verà humilitate purifica; ut paupertatem tuam videas, & divitias bonitatis DEI agnoscas. Cornelius hic.

*Confiteor tibi Pater.* Luc. 10. 21. Somnia Pharaonis non revelavit DEUS Sapientibus Aegyptiorum, sed humili Josepho captivo. Oculi eminentes imbecilli visus; submissi melius vident. Stella in Luc. 10.

In fonte, aut profunda fovea, de die stellas licet videre. *Abcondisti haec à sapientibus &c.* Luc. 10. 21. Berengarius lib. similitud.

Humilitas est Soror Sapientiae. Hoc signatur in genibus; quae mirà fraternitate oculis junguntur: nam, cum quis gignitur, ita formatur, ut genua sursum ad oculos teneantur; quorum conjunctione foramina oculorum causantur. Geminiani lib. 6. de Similitudina.

*Testimonia*

*Ex Veteri.*

*Intellectum das parvulis.* Pl. 118. 130. *Tulisti clavem scientiae.* Luc. 11. 52. humilitas est clavis scientiae. Hugo Card. in Pl. 118. ad rerum divinarum contemplationem ingredi non possunt superbi. Id.

*Ut detur parvulis astutia.* Prov. 1. 4. Cum parvulis congruè apponitur astutia; quia eam parvis rebus indidit DEUS, juxta illud: ingenio pollet, cui vim natura negavit. Hinc vulpes astutior leone, canis sagacior asino, simia fortior bove; parvae aves magnis astutiores, parvi homines magnis. Quid prudentius formicis, & apibus? Cornelius hic.

*Inclina cor tuum.* Prov. 2. 2. Docet hic Salomon viam, & modum, acquirendi sapientiam; qui est, inclinare cor suum ad sapientiam; eique totum cordis sinum magnà attentione, humilitate, & aviditate, expandere. Cornel. hic. Inclina per humilitatem cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Ubi humilitas, ibi sapientia. Hugo Card. hic. Inclinare, est cor ad cognoscendam prudentiam humiliare; & emundare cor, quod dignum fiat ad percipienda mysteria veritatis. V. Beda hic.

*Si quis est parvulus, veniat ad me.* Prov. 9. 4. S. Gregor. l. 34. mor. c. 15. Salomon ad Sapientiam parvulos vocat: qui enim necdum semetipsum despiciunt, humilem DEI Sapientiam non apprehendit. *Ubi est humilitas, ibi & sapientia.* Prov. 11. 2. Si queritis veram sapientiam, detis vos ad veram cordis humilitatem. Thom. Kemp. serm. ad Novit. p. 2. f. 3.

*Aqua profunda verba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientia.* Prov. 18. 4.

Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam. Eccli 6. 34. In hac autem inclinatione humilitatem agnoscit. Hugo Card. Dion. Carth.

*Quia repleta est terra scientia Domini.* Il. 11. 9. Quae est scientia Domini, quae mira haec efficit, nisi humilitas Domini? S. Rupertus l. 2. in Il.

*Ex Novo.*

*Venite ad me.* Matth. 11. 28. Quòd ad me. Quà? per humilitatem. Quòd fructus? ego vos reficiam. S. Bernardus tr. de gr. humilit.

*Quomodo possunt haec fieri?* Joan. 3. 9. Non potest ab ignorantia detineri, qui humiliter, docere scientem, interrogat. Initium est ad scientiam, ignorantia querere à sciente, nec vereri erubescens super eis. Simon Cass. l. 11. c. 6.

*Tu es Magister in Israel, & haec ignoras?* Joan. 3. 10. Humiliare illum studuit ad divinam doctrinam capessendam. Id. ibid.

*Ego sum, qui loquor tecum.* Joan. 4. 26. Cur Dominus se Messiam apertè manifestat Samaritanæ, non verò Judæis interrogantibus Joan. 10. 24. quò usq. animam nostram retulit? si tu es Christus, dic nobis palam. Imò Matth. 16. 20. tunc precepit Discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset JESUS Christus. S. Chrysof. hom. 32. fidelior Samaritana erat Judæis; qui non discendi, sed arguendi, causâ rogabant: nam si discere voluissent, verborum, Scripturarum, & miraculorum, eis sufficiens fuisset doctrina. At hac mulier tantum simplici affectu Messiam desiderat; ideo se illi revelat, facile humilis simplicitas apprehendit. Sylveira hic.

*Quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi?* Act. 8. 31. Non agrè tulit Eunuchus, nec indignatus est, neque se contumelia affici existimavit: quòd plerisque insulsis accidit; quos pudet ignorantiam suam confiteri; & ab eis discere, qui docere valeant; & frequenter malunt in perpetua versari ignorantia. S. Chrysof. hom. 35. in Gen.

*Ex Patribus, & aliis.*

Nemo magis potest videre divina, nisi qui humilitatis suae conscius nescit extollit. S. Ambr. lib. de Vid.

Qui

Qui didicerunt à D. Jesu Christo humiles esse corde; plus cogitando, & orando, proficiunt, quam legendo, & audiendo. S. August. ep. 112.

Amat Christus infantiam, humilitas magistræ, innocentia regulam, mansuetudinis formam. S. Leo serm. 7. in Epiph.

Humilitas sapientia mater est. S. Chrysostr. hom. 48. in Math.

Hoc ingens est operæ pretium studij Sapientia, ut, qui rectè magnus factus est, submissò, & purò, corde sit, & vitam condemnet; neque conficius fuerit, quòd seipsum DEO dignum reputaverit. S. Gregor. Niss. de seopo Christiani.

Quæ revera cognitio est, atque scientia, humilitati conjuncta reperitur. S. Ephrem ad everfion. superb.

Malus mercator est, qui se decipit; qui se appetit plus, quam valet. Sed, alios appreciare, & se despiciere; hoc est principalissimum studium sapientia. S. Bonavent. serm. 19. hexam.

Humilitas est sapientia folium, gratia palium, & gloria præludium. Id. in Pf. 118.

Summa totius Philosophia Christiana hæc est; ut duce nostrum Jesum per veram humilitatem sequi contendamus. Blofius par. an. cap. 7.

Coram infinita illa sapientia plus valet parva quædam de comparanda humilitate cura, & unicuique ejus actus; quam omnis totius Mundi scientia. Ex luminibus, & dogmat. Spir. S. Theresia.

## §. VII.

*Humilitas est basis, substantia virtutum, & sanctitatis.*

**D**escendis hic justificatus. Luc. 18. 14. Si humilitas cum peccatis tantum valet, ut etiam Pharisei sanctitatem superet; quid effecisset eadem humilitas cum pietate conjuncta? Stella hic.

Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento pulverem portat. S. Gregor. hom. 7. in Joan.

Magna, quæ agimus, quasi minima ducimus; cum hæc per fortium exempla pensamus. Sed tunc apud DEUM crescunt per meritum, cum apud nosmetipsos per humilitatem decreverunt. S. Gregor. mor. l. 30. c. 9.

Fundamentum sanctitatis semper fuit humilitas: nec in cælo stare potuit superba sublimitas. S. Cyprian. de Nat. D.

Parva est cujusvis virtus corporis; nisi major simul adsit virtus animi. Tota namque illa mira vis Samsonis, non ab ossibus tantum, sed à spiritu erat in capillis. Virtutis autem Spiritus humilitas est. S. Cyrill. in Apolog. cap. 18.

Virtutum bonum quoddam, ac stabile, fundamentum, humilitas. Nempe si nute illa, virtutum aggregatio non nisi ruina

Polyanth. Sac. Tom. I.

est. Sanct Bernardus. de consid. ad Eug. lib. 5.

Pretiosissimus fundus virtus est; bonus fundus humilitas; in quo omne ædificium constructum spirituale crescit in templum sanctum in Domino. S. Bernardus ib. l. 2.

Vana est omnis exercitatio, omnis temperantia, omnis obedientia, omnis voluntaria paupertas, omnisque disciplina multijuga, humilitate destituta. S. Ephrem. ad everf. superb.

Humilis ædificat super petram, superbus super arenam. Richard. à S. Victor. in die Pasche.

Virtus non est; nisi conjunctam habeat humilitatem. Qui hoc fundamentum rectè jecerit, poterit, in quantam volet altitudinem, structuram excitare. Hæc maxima est munitio, hæc murus inconcussus, hæc inexpugnabilis turris; hæc omne continet ædificium; non sinens ipsum, vel à ventorum violentia, vel ab imbrum impetu, vel à spirituum vi, dejici; sed omnibus insidiis inaccessum facit, & invictum; quasi ex adamante constructum esset; magnasque nobis largitatis retributiones offert. S. Chrysostr. hom. 35. in Gen.

Unusquisque humilitate supposita tuissimè cuncta alia superponit ædificans: hac verò subducta, etiam usque ad ipsum cælum conversationis sublimitate pervenias, simul omnia subtrahuntur, atque in finem pessimum relabuntur. Idem hum. 15. in Math. 5.

Quod igitur caput virtutis est? - humilitas certè. - Hoc caput, etsi nec cæcariem, nec crines habeat; sic tamen pulchrum est, ut DEUM ad seipsum attrahat. Idem hom. 48. in Math. 13.

## §. VIII.

*Humilitas est via ad cælum.*

**E**go sum ostium. Joan. 10. 9. Qui per januam intrat humilis est; qui per aliam partem ascendit, superbus est. Ideo dixit illum intrare, illum ascendere: sed ille intrando recipitur, ille ascendendo præcipitatur. S. August. in Pf. 95.

Quid factura fuerat humana, & vana, præsumptio; quantalibet in cælum adversus DEUM, altitudinem molis extolleret; quando montes transcenderet universos, quando spatium nebulofo hujus aeris evaderet. Tutam, veramque, ad cælum viam molitur humilitas, sursum levans cor ad Dominum. S. August. de Civit. l. 18. c. 14. apud Octavianum de Tuffo in Eccl. 18.

Humilitas est coeleste instrumentum, quod ex abyso peccatorum in cælum animam levare potest. Joan. Climac. gr. 25.

Via paradisi est humilitas. S. Vincent. Ferr. l. 14. de morte quadruplici.

☉(5)

Q99 q 2

§. IX.